Nos igitur considerantes seruicia meritoria ipsius comitis andree fidelis nostri, que in omnibus Regni expeditionibus, tam in Regno, quam extra Regnum, cum feruore fidelitatis indefesse, laudabiliter inpendit, se et suos dubijs fortune casibus submittendo, et specialiter habentes in memoria wlnera, que idem sub castro *Tras . . . ch (?) in Styria, per eundem karissimum patrem nostrum vnacum Dyonisio filio Georgij tunc (co)mite de Moroucha, Gregorio comite castriferrey, et alijs Regni baronibus transmissus*, pertulit, viriliter et laudabiliter dimicando, sicut eciam per eosdem barones nobis constitit euidenter; propter que sibi uolentes digne remunerationis beneficio respondere, predictam terram Kemunch cum pertinentijs et utilitatibus suis, sub eisdem metis et terminis, quibus olim fuerat limitata, eidem comiti andree, et per eum suis heredibus, heredumque successoribus dimisimus et reliquimus perpetuo et irreuocabiliter pacifice possidendam, litterasque ipsius karissimi patris nostri, super collacione predictae terre Kemunch concessas, ratas habentes et acceptas et de uerbo ad uerbum presentibus insertas, auctoritate presencium duximus confirmandas. In cuius rei memoriam, firmitatemque perpetuam presentes concessimus litteras, duplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus magistri Benedicti prepositi ecclesie Orodicensis aule nostre uicecancellarij dilecti et fidelis nostri. Anno domini M^o. CC^o. LXX^o. Tercio, secundo ydus May, Regni autem nostri anno Primò. Venerabili uiro magistro Nycolao sancte Strigon. ecclesie Electo, aule nostre Cancellario perpetuoque comite Loci eusdem; uenerabilibus patribus Stephano Colocensi et Johanne Spalatensi archieppis, Lamperto agriensi, Briccio Chanadiensi, Job quinqueecclesiensi, Philippo Vaciensi, aule domine Regine karissime matris nostre Cancellario et comite Neugradiensi, paulo uesprimiensi, Tymotheo Zagrabiensi, Lodomerio varadiensi, Dyo-

nisio Jauriensi et Petro Transsilvano Episcopis, ecclesias dei feliciter gubernantibus; Laurencio Palatino comite supruniensi et de Barana ac iudice Cumanorum, Henrico bano tocius Sclauonie, Nycolao Voyuoda Transsilvano comite de Zounuk, Stephano magistro Tauarnicorum nostrorum, Ladizlao iudice curie nostre comite de Bana, Erney bano de vazara et de Sov, Johanne bano de Macho, Stephano bano de Bozna, Gregorio bano de Berench et de Kuchov, Paulo bano de Zeurino, Reynoldo magistro dapiferorum nostrorum comite Zolgageuriensi, vgrino magistro agasonum nostrorum comite Syrmienti, Laurencio magistro Pincernarum nostrorum comite de Kewe et de Crasov, Moys comite Symigiensi, Dedalo comite Zaladiensi Michaele comite Nytriensi et alijs quampluribus, comitatus Regni tenentibus et honores.

Hártyán szépen írva. A pecsét zöldveres selymen függött. — Vil. lev. T. 3. — Melyik megye értetik ez okmánynak e szavai alatt comite: *de Moroucha*? Az okmány vég soraiban dölt betűkkel jelelt hivatalok szokatlanok az okmányok aláírásaiban s azért figyelemre méltók. — Hogy az ez okmányban *Kemuch* és *Kemunch* szavakkal jelelt föld alatt a mai hontmegyei *Kemenche* helységet kell érteni, mutatják az okmányunk küljére egykoru kéztől írt ezen szavak: *super possessione Kemenche*. — Eddig kiadatlan.

105.

1274. aug. 21. kedden. (XII. Kal. sept.) — IV László király Bogomér és Péter Gabrián fiait megerősíti az V. Istvántól nyert *Megyer* birtokában, mely azelőtt Szombath kir. tárnoké volt, s a nyitrai káptalannak a határjárásról szóló levelét átírja.

Hártyán szépen írva. A pecsét töredék zöld selymen függ. E selyem alsó végéhez keskeny hártýaszelvány van kötve, ily egykoru felirattal: *Nota quod istud priuilegium est Ladislai Regis et confirmat priuilegium Stephani Regis super terra Zomboth Tharnici Meger, quam dedit bogamerio et petro filijs Gabriani*. — Vil. lev. T. 4. — L. Fejér V. II. 204. és VII. V. 397. ki azonban az okmány végén levő aláírásokban kihagyta e szavakat: Paulo Wespriemiensi (epo) *aule nostre cancellario*. Továbbá: Gregorio (comite castriferrei.) — — Ez okmány kelt: *per manus Magistri Benedicti venerabilis viri S. Strigoniensis Ecclesie electi perpetuique comitis loci eiusdem, Budensis prepositi, aule nostre vicecancellarij*; s így azon történelmünkben különben

hallatlan, anomalia állott be, hogy az esztergomi érsek *alkorlátnok* volt, míg a veszprémi püspök *korlátnok*. De ez csak onnan történhetett; mert Benedek budai prépostból egyszerre esztergomi érseknek neveztetvén ki, míg Rómából megerősítése megérkezendett, megtartá az alkorlátnoki hivatalt is. Egyébiránt Rómában nem is igen siettek őt megerősíteni s így Benedek három évig használván a *Sancte Strigon. ecclesie Electus* czimet, meghalt, mielőtt Rómából megerősítettetett volna.

106.

1274. — IV. László király midőn „pro quibusdam agendis Regni nostri transitum per uillam kokat (Párkány) facere contigisset;“ az esztergomi káptalan *tempore uacacionis sedis Strigoniensis* eléje járult, kérvén őt, hogy az érsekek által vett *Hakara, Hotuon, Lucen* és *Tottreske* helységeket az érsekség javára megerősítse. Mit a király ez okmány ereje által meg is tett. —

Hártya. A pecsétöredék veres zöld selymen függ. — Vil. lev. Q. 1. 10. — L. Fejér V. II. 182. Fejérnél Joachimo névvel jelelt tárnokmester, ez okmányban *Joachiono*-nak iratik.

107.

1275. — IV. László király a Tisza melletti Tardos helységéből Luka fiait érdemeik tekintetéből a szabolcsi vár jobbagyságából az ország nemesei közé emeli.

Ladislaus dei gracia Vng., Dalm., Cr., Rame, Seruie, Gall., Lodom., Comanie Bulgarieque Rex, omnibus xpi. fidelibus, presentes litteras inspecturis, salutem in omnium saluatore. Quanto nobilium numerus et bellatorum acies ex superadditis cressit (igy) incrementis; tanto rei publice et regno diligencius procuratur. Proinde ad uniuersorum noticiam tenore presencium uolumus peruenire, quod Petrus et Blasius, *filius eiusdem, Ladizlaus et Stephanus, filij Luca de uilla Turdos*, que est iuxta Tisciam, a iobagionibus castri nostri de *Zobolch* ducentes originem, ad nostram accedentes presenciam, humiliter a nobis suplicando postularunt, ut in recompensationem seruiciorum eorumdem, que primum domino Beleauo nostro, et domino Stephano karissimo patri nostro, incli-

tarum recordacionum quondam regibus serenissimis Vngarie¹⁾ ac demum nobis inpendunt, a iobagionatu castri nostri memorati eximere, et in numerum, ac collegium *regalium nostrorum seruiencium* transferre dignaremur. Nos itaque, cuius est proprium intueri fidelitates et seruitutes meritorias singulorum, contemplantes, considerantes et recessentes (*igy*) in animo seruicia dictorum Petri, Blasij, Ladizlai et Stephani, que progenitoribus nostris et postmodum succedentibus nobis ad coronam regiam et regni solium *iure et ordine geniture*¹⁾, in diuersis expeditionibus Regni nostri semper . . . comp . . . oportunis, propter ipsorum seruicia et fidelitates a iobagionatu dicti castri nostri de Zobolch ipsos Petrum, Blasium, Ladizlaum et Stephanum et eorum heredes, heredumque suorum successores, cum terris eorundem, de benignitate regia duximus eximendos, tam pure (et) simpliciter, ut de(cetero comites) parochiales de Zobolch, pro tempore constituti, et officiales eorundem, nichil iuris de ipsis Petro, Blasio, Ladizlao et Stephano et eorundem heredibus ullo unquam tempore ualeat, uel possit vendicare; volentes, ut de cetero ea gaudeant et letentur libertate, qua *ceteri ueri nobiles regni nostri gratulantur; sub uexillo regio militantes*. In cuius rei memoriam, perpetuamque firmitatem, presentes concessimus litteras, duplicis sigilli nostri munimine roboratas: Datum per manus venerabilis viri magistri Benedicti, Sancte Strigoniensis ecclesie electi perpetui comitis loci eiusdem, prepositi Budensis, *aule nostre vicecancellarij*, dilecti et fidelis nostri, anno domini M^o. CC^o. LXX^o. quinto, Regni autem nostri anno quarto. Venerabilibus patribus Stephano Colochensi et Johanne spalatensi archieppis, Job Quinqueecclesiensi, Philippo Wachiensis, aule domine regine karissime consortis nostre cancellario, Lodomero Waradiensi, Tymotheo Zagrabiensi, Dionisio Jauriensi, Petro transsiluano, Andrea Agriensi, Gregorio Chanadiensi episcopis et Petro Wesprimiensi electo, ecclesias dei feliciter

¹⁾ E szó, el levén ottszakadva a hártya, egészen tisztán ki nem vehető.

gubernantibus, Petro palatino comite Supruniensi et Iudice Comanorum, Thoma bano tocius Sclauonie, Matheo magistro Tauarnicorum nostrorum, Vgrino iudice curie nostre, Ladizlao woyoda (igy) transsiluano et comite de zonuk, Rolando magistro tauarnicorum domine Regine, comite de Zana (igy) Moys comite Simigiensi, Herrando comite castri ferrei, Mikud bano de Zeurino, Bagun comite Zaladiensi, et alijs quam pluribus, comitatus regni nostri tenentibus et honores.

Szakadozott és vízfoltos hártván szépen írva. A pecsét zsinestől elveszett. — Vil. lev. T. 1. Záradékát közli, de hibásan, Fejér V. II. 261. — Különben eddig kiadatlan.

108.

1276. sept. 3. csütörtökön (tercio Nonas Sept.) — Péter veszprémi püspök, Pál prépost és az egész káptalan, előre bocsátván, hogy „*cum Honorabilis Ecclesia Strigon, nostra Metropolis, bonis spiritualibus et temporalibus floruisse iugiter ab antiquo, gaudens in Hungaria partibus excellencia et prerogatiua Privilegij specialis; Demum exigente diri temporis prauitate, Ecclesia ipsa adversitatum procellis seuius concussa, ad exinancionem virtutis extreme et quasi ad irreparabilis desolacionis discrimen malignorum incursibus miserabiliter est perducta;*“ Ők tehát eidem ecclesie, tanquam Capiti nostro precipuo, karitativae, ut debuimus, condolentes et ipsius excidium, nostrum proprium reputantes, átengedik neki két, *Germen*, (Fejér: *Sermen*) nevű falujokat, cum decimis eciam omnibus duarum parrochiarum (Fejér: ecclesiarum parochialium); scilicet de *Bylle* (Fejér: *Wylle*) et de *Cholnuk* (Fejér: *Tholnuk*) ac Capellas ipsarum villarum. Viszont Benedek (Fejér: Reverendissimus (!) vál. érsek és az esztergomi káptalan átengedik a veszprémi egyháznak a tihanyi egyházat (*Tychonensem ecclesiam*). —

Hártván igen szépen írva. Az okmányról két pecsét függött, az egyiknek csak fehér selyme van meg, a másik veres sárga selymen függ. — Vil. lev. Q. 1. 11. — L. Fejér V. II. 367.

109.

1277. nov. 10. szerdán. — IV László király gróf Miklós

Zerechmér fiának adományozza az esztergommegyei Raab földet.

LAdziaus dei gracia H. D. Cr. R. S. G. L. C, Bulgarieque Rex omnibus xpi. fidelibus, presens scriptum inspecturis, Salutem in uero salutari. Ad vniuersorum noticiam Harum serie volumus peruenire, Quod comes N(icolaus filius) Zerechmerij, ad nostram accedens presenciam, quandam terram Raab vocatam, in comitatu *Strigoniensi* existentem, quam fuisse dicebat cuiusdam cognati (sui) Wyda uocati nomine, sine herede decedentis, a nobis et quantitate ac circumstancijs eiusdem terre, et vtrum sit terra sine herede decedentis, ac vacua et collacioni nostre pertinens, . . . nobis . . . non constabat; fidelibus nostris Capitulo veritatem, et post hec nobis fideliter intimarent. Predictum uero Capitulum cognita veritate quem wyda uocati, sine heredibus decedentis, et idem Wyda, sicut scilicet Symonis filij Symun de *Boyouth* Nycolao nepote eosdem Nobiles de Tho aratrorum et haberet fenetum ac (ter)ras (consi)derantes, que in multis expedicionibus Regni nostri, sicut de baronibus nostris , . . . heredibus, heredumque suorum successoribus perpetuo possidendam. In cuius rei memoriam et perpetuam firmitatem presentes litteras Datum per manus magistri Thome Electi (Albensis) aule nostre vicecancellarij dilecti et fidelis nostri. Anno domini M^o. CC^o. LXX^o. Septimo, III. Idus Novembris, Regni autem nostri anno Sexto Venerabilibus patribus *Nycolao sancte Strigoniensis Ecclesie Electo*, Stephano Colocensi, et Johanne Spalatensi Archieppis, Job Quinqueecclesiensi, Phylippo Waciensi aule domine Regine Cancellario, Tymoteo Zagrabieni, Lodomerio Waradiensi, Dionisio Iauriensi, Petro transilvano, Andree (igy) Agriensi et Gregorio Chanadiensi Episcopis, ecclesias dei feliciter gubernantibus, Petro palatino comite symigiensi, Wgrino magistro Tawarnicorum nostrorum comite de Bana, Nycolao woyouada (igy) transilvano, Stephano magistro dapiferorum nostrorum, Magistro Matheo comite Supruniensi, Castriferrei et Musuni-

ensi, Thome (így) bano comite Poseniensi, Nytrienti et Camarumiensi, et alijs quampluribus, comitatus Regni nostri tenentibus et honores.

Elrongyollott s többé teljesen nem olvasható hártján szépen írva. A pecsétbördék veres selymen függ. — Vil. lev. T. 1. 5. Nehány szóval megemlíti Fejér V. II. 408. l. — Ez okmány annyiból igen fontos; mert Miklós esztergomi érseknek ez évi érsekségéről tanuskodik, mi eddig ismeretlen volt. (l. az esztergomi érsekek 1272—9. Magyar Sion I. 18. l.

110.

1279. — Erzsébet királyné *Raab* nevű egy ekényi földjét Miklós grófnak, gróf Zerechmér fiának, adományozza.

Elisabeth dei gracia Regina Hungarie Omnibus xpi. fidelibus, ad quos presentes peruenerint, salutem in domino sempiternam. Quia per decursus temporum nonnunquam rerum gestarum veritas ob . . . et per hoc lites et iurgia frequenter susscitantur, ideo hoc restringere cupiens potius, quam laxare, prouida Hominum discrecio adinuenit, ut ea, que aguntur, tractantur, conferuntur, seu donantur, litterarum patrocínio roborentur. Proinde ad uniuersorum, tam presentium, quam futurorum, noticiam harum serie uolumus peruenire, quod gratos famulatus et obsequiosa merita comitis Nicolay, filij comitis Zerechmerij, que et quos in diuersis casibus, seu Regni nostri expeditionibus exhibuit indefesse, uarijs fortune euentibus personam suam comittendo, in animum nostre celsitudinis reuocantes, volentesque eidem in recompensationem fidelitatum et seruiciorum suorum, tam laudabiliter impensorum, grato et condigno remuneracionis stipendio, eo, quod alij, suo inducti exemplo, ad fidelitatis debite studia exercenda merito accendantur, de munificencia Reginali respondere; quamdam particulam terre nostre Reginali, *Raab* uocate, ad usum unius aratri sufficientem, super qua tres mansiones populorum nostrorum condicionalium, *datores uidelicet serici*, resident, que quidem terra cum terris populorum Regalium, *Tawarnicorum uidelicet, wduornicorum et castrensiuum Zulgageuriensium*, ac cuiusdam nobilis *wyda* uocati, sine herede decedentis, mixtim adiacet et metis earundem

terrarum Regalium circumdatur et clauditur, sicut per litteras Capituli Strigoniensis fidelium nostrorum, quorum inquisicioni factum ipsius terre comittendum duxeramus, nobis constitit, cum omnibus utilitatibus suis et pertinencijs uniuersis, eidem comiti Nicolao filio Zerechmerij, et per eum suis Heredibus, Heredumque suorum successoribus consequenter, eo, quod terris Regalibus predictis, que ob eximiam fidelitatem suam eidem comiti Nicolao per dominum Ladislaum illustrem Regem Hungarie karissimum consortem nostrum sunt tradite et collate, claudebatur et circumdabatur, dedimus, donauimus, contulimus et tradidimus, iure perpetuo, pacifice et quiete possidendam, et eundem comitem Nicolaum in corporalem possessionem ipsius p(re)late terre Raab uocate per *Andream comitem Tawarnicorum nostrorum* sub testimonio Capituli Strigoniensis fidelium nostrorum fecimus introduci. Ut igitur h(uius col)lacionis, seu donacionis series robur obtineat perpetue firmitatis et ne processu temperum nube obliuionis inuoluta ualeat per quem, q(uam) in irritum (renocari, presentes eidem) concessimus litteras, duplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus magistri *Ladislay prepositi waciensis*, aule nostre Can(cellarij, dilecti et fidelis nostri), anno domini M^o. CC^o. LXX^o. Nono.

Szakadt hártján szépen írva, a pecsét töredék veressárga selymen függ. Vil. lev. T. 1. 6. — Fejér ez okmányról csak ennyit tud: *Litterae Elisabeth reginae super terra Raab Nicolao, filio Zer (így) donata.* A. D. 1279. VII. V. 442. l. — Ez okmány szerint a *selyemtenyésztés* ez időben már divatozott hazánkban.

111.

1279. — Ábrahám Paulin fia az őt illető *Gazdag András földje* nevű földnek felét három márkán eladja János- Ivánka fiának a bácsi káptalan előtt.

A

B

C

Capitulum ecclesie Bachiensis omnibus, presentes litteras inspecturis, salutem in eo, qui salus est omnium. Ad uniuersorum noticiam harum serie uolumus peruenire, quod acce-

dentis ad nostram presenciam *Iwanka* filius *Barakun*, pro *Johanne* filio suo, ex una porte, et *Abraam* filius *paulin*, prout se taliter nominavit, ex alia, qui proposuit et dixit in hunc modum coram nobis, quod cum dominus *Rex* terram *Diuitis Andree*, sine herede decedentis, propinqui sui, *Dives Andreas feldy* uocatam, eidem *Johanni* filio *Joanche* duxerit conferendam, ipsum in dimidietate contingentem, Super qua eciam dimidietate prohibuerat eundem *Johannem*, se eandem suam dimidietatem terre dicto *Johanni* filio *Joanche* pro tribus marciis, plene ab eodem perceptis, ut dixit, uendidis, iure perpetuo possidendam in filios filiorum. Assumpendo eundem, si necesse fuerit, expedire suis laboribus et expensis, dando sibi eandem dimidietatem suam terre dicte uendendi, legandi, uel pro se tenendi largam et liberam facultatem. Vt autem huiusmodi uendicio ac empicio nec reuocari ualeat, nec per quempiam deprauari, Ad instanciam parcium presentes litteras nostras concessimus *Johanni* antedicto, nostri priuilegialis sigilli Robore consignatas. Datum anno domini M^o C^o C^o Septuagesimo Nono. *Benedicto* preposito, *Philippo* lectore, *Laurencio* cantore, *Genito* *Bachiensi*, *Jona* *Sirmiensi* archidiacono, *Morcolphe* custode, *Thoma* archidiacono *Scgediensi*, *Ipolito* decano, Ceterisque canonicis, deo iugiter famulantibus in ecclesia *Bachiensi*.

Hártya. A pecsétördék kenderazálaton függ, mi nálunk nagy ritkaság.
VII. lev. T. 1. 7. — Eddig kiadatlan.

112.

1280. oct. 5. szombaton. — Az esztergomi káptalan bizonyítja, hogy *Lodomér érsek* hetényi kis birtokát átengedte a *Széché* nemzetségből *Mikónak*, ki viszont *Szölös* és *Födemes* közti földjét adta az érseknek.

A

B

C

Vniuersis xi. fidelibus, presentes Litteras inspecturis, Capitulum *Strigoniensis* ecclesie salutem in domino. Ad vniuersitatis vestre noticiam tenore presencium volumus peruenire, Quod venerabilis pater dominus et archiepiscopus noster reuerendus dei gracia dominus *Lodomerius*, de nostra et

omnium iobagionum suorum beneplacito et consensu, terrulam suam, in territorio ville *Herin* (igy) existentem, mixtim cum terris hominum aliorum, Nobili viro comiti *Myconi*, filio comitis *Myconis de Genere Scech*, et eius posteritatibus vniuersis in concambio et permutacione terre eiusdem comitis *Myconis*, inter terras archiepiscopales, *Zoleus* et *Fydimis* vocatas, existentis, dedit et assignauit perpetualiter possidendam, quam quidem terram suam *ijdem* comes *Myco*, coram nobis personaliter constitutus, de propria voluntate eidem domino archiepiscopo nostro et eius successoribus vniuersis e conuerso obtulit et tradidit iure proprietatis tenendam perpetuo et habendam, ac in corporalem possessionem dictarum terrarum dominus noster archiepiscopus et comes *Myco* sepedicti, seipsos fecerunt mutuo et Legitime introduci concorditer, attendentes, quod huiusmodi permutacio terrarum vtrique ipsorum sit congruens, expediens, utilis et eciam fructuosa. Insuper tam dominus archiepiscopus noster, quam eciam comes *Myco* quemlibet ipsorum alternatim et vicissitudinarie assumpserunt expedire proprijs laboribus et expensis ab omnibus questionibus ratione dictarum terrarum emergentibus contra eos. In cuius rei testimonium et perpetuam firmitatem, ad petitionem domini archiepiscopi et comitis *Myconis* predictorum, presentes literas nostro Sigillo dedimus communitas. Datum per manus *Discreti viri magistri Syxti Ecclesie nostre Lectoris*. Anno domini *M^o C^oC^o* Octuagesimo, tercio Nonas mensis Octobris.

Hártyán szépen irva. A pecsét sárgaveres selymen függ. Világi levéltár Lad. C. Fasc. 1. Nro. 6. — Eddig kiadatlan.

113.

1280. — Gróf Pasca, Lodomér esztergomi érsek tisztje, ura nevében átengedi *Levanchtelke* nevű földet, András-hatvani nemesnek, ez ellenben átadja az érseknek csere fejében Hatvan (Hotwon) nevű földjét.

Hártya. — A pecsét veres selymen függött. Vil. lev. Q. 1. 12. — L. Fejér V. III. 68. l. — Ha a határjárásban előforduló *Thyrinna* (Fejér: Thyrnua) helység alatt Nagyszombatot kell érteni; akkor ezen Hatvan Pozsonymegyében feküdt.

1281. jun. 1. Pünkösöd vasárnapján. — Benedék gróf, Pál néhai veszprémi püspök fivére, eladja Mogyorós nevű földét negyven márkáért gróf Miklósnak az esztergomi káptalan előtt.

Capitulum Ecclesiae Strigoniensis Omnibus Christi Fidelibus praesentes Litteras inspecturis Salutem in Domino semper eternam. Ad universorum notitiam tenore praesentium volumus pervenire, quod Comes Benedictus frater bonae memoriae Pauli quondam Episcopi Weszprimiensis una cum Paulo filio suo pro Se, et pro Michaele altero filio suo ex una Parte, et Nobilis Vir Comes Nicolaus filius Comitis Nicolai Nepotis Vech, ex altera, ad nostram praesentiam personaliter accedentes, super duabus Possessionibus, sive Terris Magyaros, et Munkad vocatis, super quibus contendebant, quae Comiti Benedicto per Dnam Mariam quondam Illustrem Hungariae Reginam pro diversis fidelitatibus, et servitiis praefati Dni Episcopi Fratris sui, et suis propriis collatae fuerant, quarum etiam Collatio postmodum per Dnum nostrum Ladislaum nunc Inclytum Hungariae Regem, et Dnam Isabellam Reginam Consortem suam extitit confirmata, prout in eisdem Dni Regis, et Reginarum praedictarum Privilegijs per comitem Benedictum Nobis exhibitis, vidimus contineri, quas etiam Terras praefatus Comes Nicolaus per Eundem Dnum nostrum Ladislaum Regem Sibi Collatas esse, et super hoc ejusdem Privilegium Se habere dicebat, taliter inter Se concordarunt, quod Comes Benedictus cessit, et renunciavit omni Liti, et Actioni, quae super altera praedictarum Terrarum Magyaros nominatarum cum omnibus Utilitatibus, et pertinentiis suis, et sub eisdem Metis, et Terminis, quibus Ipse eam tenuit, et possedit, Paulo filio suo praesente et consentiente, reliquit, et vendidit praedicto Comiti Nicolao, et Ipsius Haeredibus, Haeredumque suorum Successoribus pro Quadraginta Marcis in perpetuum pacifice possidendam, et ipsam Summam pecuniae iidem Comes Benedictus, et Paulus filius eius ab eodem Nicolao Comite in Argento, et denariis Se plenarie recepisse

asserentes promiserunt, et assumpserunt Coram Nobis, quod si Comes Nicolaus, vel Sui Haeredes ratione praedictae Terrae Magyaros per Barones, aut aliquos alios impeterentur, vel perturbarentur, extunc Comes Benedictus, et eius filij praedicta Privilegia, quorum autoritate ipsam Terram possidebant, quae penes se reservarunt ea de causa, quod Titulus, sive Collatio alterius Terrae ipsorum haberetur in eisdem, debent in defensionem, et expeditionem Comitis Nicolai, et suorum Haeredum exhibere, et si forsitan Dnus Rex, vel Domina ipsam Terram Munuros Comiti Nicolao, vel suis Haeredibus auferre attentaret, Comes Benedictus, et Eius filij debent etiam eadem Privilegia in eorum auxilium, et defensionem Dno Regi, et Dnae Reginae exhibere. Sedes (?) Contra Majestatem Regiam et Reginalem expedire non tenentur. Sicut extitit (inter) Partes ordinatum, Metae autem ejusdem Terrae Munurus, prout in Privilegio Dominae Reginae Mariae praedicto inspeximus, hoc ordine distinguuntur, quod prima illarum incipit ab Oriente juxta Terram Vissae Tath, et juxta illam cum certis Metis antiquis versus Meridiem usque ad Terram Ebsen, ubi sunt duae Metae angulares, inde juxta Terram Ebsen tendit a parte meridionali cum Metis interpositis usque ad Terram Berén juxta quam procedendo versus Occidentem contiguatur Terrae Pél, hinc autem juxta Terram Pél vadit versus Septemtrionem ad quandam viam, et illam transiendo pervenit ad Terram Boyát, ubi sunt tres Metae angulares, juxta illam Terram Boyáth cum certis Metis interpositis a Septemtrionali parte descendit iterum ad Orientem usque ad Terram Tháth, ubi ipsa Terra Munuros a Terra Tháth non per Metas separatur, sed per quendam Limitem, qui vulgariter Megye vocatur, et eum ipso Limite redit ad priorem Metam, et sic terminatur. Aliam vero Terram, quae Munkad vocatur, Comes Nicolaus cum omnibus utilitatibus, et pertinentijs suis reliquit, et concessit Comiti Benedicto, et Ipsius Haeredibus similiter perpetuo possidendam, hanc Conditionem, et poenam super Se, et suos Haeredes assummendo, quod si Ipse, vel sui filij Comitem Benedictum, aut ejus filios a modo ullo unquam tempore super praedicta Terra Munkád impeterent, vel aliquatenus molesta-

rent, praetextu, siue autoritate praedicti Privilegij Dni Regis, quod Ipse Comes Nicolaus super Collatione dictarum Terrarum sibi concessum fuisse asserit, ut praemissum est, extunc Terram Munuros, nunc eis relictam, amittant ipso facto, et ipsa Terra ad Comitem Benedictum, et suos filios sine difficultate qualibet devolvatur. Terra Munkád nihilominus apud Eundem Comitem Benedictum, et suos filios pacifice remanente. In cujus rei Testimonium ad petitionem Partium praesentes concessimus Litteras, Sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus Magistri Sixti Ecclesiae nostrae Lectoris Anno Domini 1281. in Calendis Junij.

Nem hitelesített másolat. — Vil. lev. I. 8. 125. — Eddig kiadatlan.

115.

1281. — Péter főnök és az esztergomi Jánoslovagok konventje bizonyítja, hogy Bertalan a Szemere nemzetségből Guta nevű helységet, utódja nem lévén, az esztergomi érseknek adományozta.

A.

B.

C.

D.

Vniversis, quibus presentes ostendentur, Frater Petrus magister domus hospitalis sancti Regis Stephani de Strigonio et totus Conventus eiusdem loci, presentes litteras inspecturis, salutem (in domino sempiternam.). Jus postulat et consentaneum fore dinoscitur rationi, ut quod cuiquam iustis causis et titulis legitimis intervenientibus conceditur, vel confertur, id solidum . . rum debeat permanere; maxime cum aliquid in ius et proprietatem sacrosancte matris ecclesie, que nos in xpo regeneravit, pia consideratione offertur, vel etiam condonatur. Proinde vniversitati vestre noticie tenore presencium declaramus, quod nobilis vir comes Bartholomeus, filius comitis Bos, *de genere Scemere*, in nostri presencia constitutus, considerans se esse heredum solacio destitutum, Iwanka fratris sui sibi personaliter accedentibus consilio et consensu, quandam terram, seu possessionem suam, *Gutha* vocatam, cum vtilitatibus suis et pertinencijs et specialiter cum duabus piscinis, *Mezeed* et *Mel-*

suen appellatas vulgariter, sancte matri ecclesie strigoniensi et (eius) archiepiscopis consequenter dedit, optulit, contulit et donavit pro remedio anime sue et eterne salutis brauio optinendo (in) elemosinam sempiternam, tam ipsam sanctam matrem Strigoniensem ecclesiam, quam eius archiepiscopos vniversos in eadem possessione et suis pertinencijs huiusmodi donationis titulo constituens et ordinans perpetualiter legitimos possessores, eiusdem possessionis et utilitatum suarum dominium ad ipsam Strigoniensem ecclesiam perhempniter transferendo; que quidem terra, siue possessio est situata et ab omni parte inter terras archiepiscopatus Strigoniensis, *Gutha* similiter nuncupatas; et ne huius rei ueritas longinquitate temporis a posterorum memoria (ob)scuretur, in perpetuam firmitatem, ad instanciam et petitionem eorundem Bartholomei et Iwance comitum presentes litteras, sigillo nostro dedimus communitas. Datum anno domini M^o. CC^o. LXXX^{mo} primo.

Összeszakadozott hártya. A még egészen ép pecsét sárga selymen függ. Sikerült rajza látható Magyar Történelmi tár. II. 71. rajz. — Világi levéltár. Lad. C. fasc. 1. Nro. 5. — Eddig kiadatlan.

116.

1282. Jun. 17. szerdán. — IV. László király a fiutód nélküli gróf Orsáni Péternek megengedi, hogy vejét Etey Pétert és ennek nejét törvényes utódainak fogadhassa.

(L)Adizlaus dei gracia H. D. C. R. S. G. L. C. Bulgariequo Rex Vniuersis xpi fidelibus, tam presentibus, quam futuris, presens scriptum inspecturis, salutem in domino sempiternam. Ad uniuersorum noticiam tenore presencium volumus, peruenire, Quod comes *Petrus*, filius *Tymere de Orsán*, ad nostram accedens presenciam, a nobis Humiliter supplicando postulauit, vt sibi sine liberum (igy) solacio destituto, *petrum* filium *Martini de Etey* karissimum generum suum et eius consortem, predilectam filiam suam *Stephania* vocatam, ac eorum Heredes, in locum et vicem naturalium heredum, seu legitimorum recipere valeret et habere, quibus omnes possessiones suas, seruos et ancillas, mancipia, ac alia bona relinquere posset, seu legare Nos tamen, *qui fauente divina clemencia, native successionis or-*

dine, in Regno nostro dominium retinemus, ad quos ex longa et aprobata consuetudine Regni nostri, a tempore, cuius non extat memoria, possessiones et bona sine liberis masculis decedencium, non obstantibus successoribus collateralibus et alijs cognatis, ac consanguineis, deuolui deberent, fauorabilem petitionem predicti petri admittentes, ipsius seruicia et fidelitates attendendo, que nobis in diuersis expedicionibus Regni nostri exhibuit indefesse, ex munificencia et conuiuencia Regie nostre maiestatis, concessimus indulgendo, vt predictum petrum filium Martini de Ethey karissimum generum suum et eius consortem, predilectam filiam suam, sibi in locum et uicem naturalium heredum, seu legitimorum, reciperet et haberet, cui omnes possessiones suas, tam hereditarias, quam et acquisitas, seu empticias, de nostra permissione, beneplacito et consensu reliquit et legauit, Dictum petrum et filiam suam instituendo heredes, in filium adoptium sibi, tamquam heredes et legitimos successores; cognatorum, consanguineorum et aliorum affinium suorum contradiccione non obstante; ordinantibus et decernentibus nobis irritum et inane, quicquid contra hoc nostrum indultum a quocunque contingeret indebite attemptari. In cuius rei memoriam et perpetuam firmitatem presentes concessimus litteras, duplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus discreti viri magistri Bartholomei, aule nostre vicecancellarij, dilecti et fidelis nostri. Anno domini M^o. CC^o. octuagesimo secundo, Quintodecimo kalendas Julij. Regni autem nostri anno vndecimo.

Hártyán szépen írva. A pecséttröredék fehérzöld selymen függ. — Vil. lev. T. 1. 8. — Fejér csak négy sorral említi ez okmányt s ott is Ethey helyett hibásan Fehei-t ír. V. III. 147. l. —

117.

1283. aug. 28. szombaton (5. kal. sept.). — IV. László király Lodomér érsek kérelmére az esztergomi érsekségnek adományozza a pozsonymegyei *Onun* és *Own*-nak irt helységet.

Hártyán szépen írva. A pecsét selymestől elveszett. — Vil. lev. Q. 1. 13. — L. Fejér V. III. 167. és 207. — Ez itt nevezett helység alatt a mai *Ony* pusztát kell érteni.

118.

1283. — A Lodomér esztergomi érsek és a Huntpáznán nemzetségi Istvánnak fiai közti pert a felek megszüntetvén, *Kemencze és Berzencze* helységek határait az esztergomi keresztetek által megjáratták.

Egy 14. századi másolatból, melyet Fejér hibásan eredetinek nevez. Vil. lev. I. 1. 5. — L. Fejér V. III. 196.

119.

1284. febr. 25. pénteken. (V. kal. Mart.). — Lodomér esztergomi érsek Léli (de Leel) János kiskoru gyermekeinek viaszadja *Zeg* nevű, apjok által tized fejében Fülöp érsekelődjének átengedett földnek fele részét az esztergomi kereszties lovagok előtt.

Hártyán szépen írva. A pecsét veressárga selymen függött. — Vil. lev. Q. 1. 16. — L. Fejér V. III. 268.

120.

1284. marc. 10. pénteken. Várkonyban. — IV. László az Ottokár elleni csatában magokat kitüntettetett István s egyéb Pochiakat nemesekké tevén, most megengedi nekik, hogy kivánságuk folytán az *esztergomi érsekség nemesei közé léphessenek* s ezek jogaival élhessenek.

Nos Ladizlaus dei gracia Rex Hungarie Significamus vniuersis presencium per tenorem, quod Stephanus filius fulkus, Iacobus filius Symeonis, Petrus filius Botyz et Moyus filius vogus, ac eorum proximi de villa *Pooch*, presentauerunt nobis litteras nostras priuilegiales, in quibus vidimus contineri, quod nos eundem Stephanum et prenominatos cognatos eius, cum suis proximis et heredibus, heredumque successoribus, pro suis seruicijs nobis et progenitoribus nostris fideliter inpensis semper et vbique, et specialiter ob respectum famulatum (így) eorum in conflictu nostro, quem contra *Regem Boemorum habuimus, in quo idem Rex Boemorum ex hoc migravit seculo*, cum sumpmo fidelitatis studio exhibitorum, *vbi Valentinus et artholfus fratres predicti Comitis Stephani purpureo vestiti cruore,*

fidelitatis sue indicia cum animarum suarum exalacione, cum aduersa dimicantes acie, finierunt; necnon ad instanciam et instantem petitionem fidelium b̄aronum nostrorum, de iobagionatu castri nostri de Camarun per omnia eximentes, in numerum et cetum seruientum (igy) nostrorum Regalium ex benignitate Regia duximus transferendos, volentes eosdem et eorum in futurum heredes, ac possessiones vniuersas, hereditarias videlicet, empticias, acquisitas, vel quocumque alio titulo possessas per eosdem, a iurisdicione et iudicio predicti castri de Camarun esse expeditos, penitus exemptos; Ita ut iidem de cetero et eorum heredes cum ceteris Regni nostri nobilibus sub uezillo Regio valeant militare. et idem Comes Stephanus, ac sui cognati prenotati sencientes dulcedinem sacrosancte Strigoniensis ecclesie, matris nostre, et considerantes prerogatiuam libertatis eiusdem ecclesie, videntes eciam in hoc tempore impacato a malefactorum insultibus propria virtute se non posse defendere; a nostra maiestate humiliter postularunt, ut de nostra licencia, consensu, voluntate et approbacione, se cum suis terris possessionibus, hereditarijs, empticijs, acquisitis et quolibet titulo possessis per eosdem, litteris, privilegijs personalibus et realibus, libertatibus, iuribus, rationibus, et instrumentis in numerum et cetum nobilium iobagionum ecclesie nostre Strigoniensis haberent transferendi facultatem. Nos igitur petitiones eiusdem Comitis Stephani filij fulkus et cognatorum suorum predictorum considerantes esse iustas, iuri consonas et congruas equitati, petitionibus eorum fauorabiliter inclinati, de gracie nostre plenitudine duximus annuendum et pariter concedendum, vt comes stephanus et cognati sui sepedicti cum suis terris et possessionibus vniuersis, litteris, priuilegijs personalibus et realibus, iuribus, rationibus et instrumentis se transferant in cetum nobilium iobagionum Strigoniensis ecclesie supradicte et eisdem libertatibus, priuilegijs personalibus et realibus vtantur, gaudeant et fruuntur, quibus nobiles iobagiones strigoniensis ecclesie vtuntur, gaudent et fruuntur, et eadem seruicia archiepiscopo strigoniensi, qui pro tempore fuerit, impendant et exerceant, que alij nobiles iobagiones ecclesie strigoniensis faciunt, inpendunt et exercent. In cuius rei memoriam et perpetuam

firmitatem presentes concessimus litteras, sigilli nostri muni-
mine roboratas. Datum in *varkun* sexta feria proxima ante
Dominicam Oculi mei. Anno domini M^o C^oC LXXX^o quarto.

Az esztergomi keresztesek 1285. évi átiratából. Vil. lev. R. 5. 68. —
E nevezetes okmány új fényt vet a 21. számhoz csatolt jegyzetemre.

121.

1284. aug. 9. szerdán. (In vigilia s. Laurencij mart.) —
János bán saját és testvérei nevében elismervén, hogy *Bylle*
(Fejér: Boyle) földet jogtalanul bitorolták, azt az esztergomi ér-
sekségnek visszaadja. Endre esztergomi prépost pedig, Lodo-
mér érsek nevében, a nyitrai megyei *Födemes* helységet, mely
ama János- és testvéreinek öröksége volt, de 100 márka bir-
ság fejében az érsekség birtokába jutott, nekik visszaadja,
elengedvén ama 100 márkát is, az esztergomi keresztes lova-
gok előtt.

Hártya. A pecsét hártýaszeleten függött. Vil. lev. Q. 1. 15. — L.
Fejér. V. III. 264.

122.

1284. — Erzsébet királyné Lodomér esztergomi érsek
hűségét s különösen követtségek által szerzett érdemeit némileg
megjutalmazandó, általa az érsekségnek adományozza a ko-
márommegyei *Belyd* földet.

Hártyán szépen írva. A pecsét világossárga és veres selymen függött.
— Vil. lev. Q. 1. 14. — L. Fejér V. III. 219. — A határjárásban előfordul
Poklantas (Fejér: Poklancas) hegy, és *Guerebuch* (Fejér: Berabuch) helység.

123.

1285. marc. 4. vasárnap. — Az esztergomi keresztesek
konventje átirja a 120. számot.

Nos frater Dominicus magister domus hospitalis sancti
Regis Stephani de Strigonio et totus Conuentus eiusdem
significamus, quibus expedit, litterarum presencium noticiam
habitaris, Quod Stephanus filius Fulkus, Jacobus filius Symeo-
nis, Petrus filius Botyz et Moyus filius Wogus de villa *Proch*,

ad presenciam nostram accedentes, patentes litteras domini Regis super exempcione seu translacione libertatis sue confectas, nobis exhibuerunt, in hec verba :

Következik a 120. szám.

Nos autem ad petitionem et instanciam eiusdem Comitis Stephani et cognatorum suorum predictorum, publice referendum, quod easdem litteras *propter malam condicionem temporis inpacati et viarum discrimina, insultusque inimicorum suorum* formidarent secum portare, de uerbo ad uerbum, sine adimento et diminucione, presentibus inseri fecimus et transferri, quemadmodum est premissum, et ut eis adhiberi valeat plena fides, sigillum nostrum duximus apponendum. Datum anno domini M^o. CC^o. LXXX^o. quinto, in medio Quadragesime.

Hártyán apró de szép betűkkel írva. A pecsétnek csak hártya zsinoge van meg. — Vil. lev. R. 5. 68.

124.

1285. apr. 17. kedden. — Gróf Mikó, a Széchi nemzet-ségből, 50 ezüst márkán eladja a komárommegyei *Hetény* földnek felerészét gróf Mórícznak, Lodomér esztergomi érsek tiszttjének, az eszt. káptalan előtt s a róla szóló irományokat is átadja.

Vniuersis, presentes litteras inspecturis, Magister Andreas doctor decretorum prepositus et Capitulum ecclesie Strigon. salutem in domino sempiternam. Ad vniuersorum noticiam tenore presencium volumus peruenire, Quod nobilis vir *comes Mykou*, filius Mykonis *de genere Schesech*, ad presenciam nostram accedens, medietatem tocius terre sue *Hetyn* vocate, existentis in comitatu de *Kumarun*; videlicet dimidiam partem duarum porcionum, *quarum in una est ecclesia beate Marie virginis ad honorem*, et altera existit a parte septemtrionis, inter quas iacet terra Pauli, generi discreti viri magistri Sixti ecclesie nostre lectoris, domini pape Capellani et archidiaconi de *Kumarun in ecclesia Jauriensi*, nobili viro comiti Mauricio officiali venerabilis patris domini nostri domini Lodomerij dei gracia Strigon. archieppi et comitis perpetui loci eiusdem, karissimo socero suo, coram nobis eciam persona-

liter constituto, et eius posteritatibus se confessus est vendidisse et donasse, iure perpetuo pacifice possidendam, pariter cum dimidietate vtilitatum totalis terre predictæ; videlicet tum ob prorogatam dilectionem karissime consanguineitatis, inter eos contracte, tum etiam pro quinquaginta marcis argenti, ex parte eiusdem comitis Mauricij eidem comiti Mykoni ad plenum solutis, constituyente eodem comite Mykone ipsum comitem Mauricium et suos Heredes ac successores, predictæ dimidie partis, sev medietatis duarum porcionum terre et suarum vtilitatum cum effectum ueros et legitimos possessores, in eorum ius et proprietatem, ac perpetuum dominium predictam medietatem duarum porcionum terre et suas vtilitates statuendo inuariabiliter, ac perpetualiter assignando. Iusuper idem comes Mykou tria priuilegia domini Bele Regis quarti et unum priuilegium domine Marie Regine, Consortis eiusdem, felicium recordacionum, et singula Priuilegia domine Elisabeth Regine, Consortis domini Stephani Regis quinti, bone memorie, et domini *Ladislai Regis tercij eorum filij, nunc regnantis*, necnon Priuilegium magistri Mathei, filij magistri Mathei *de genere Chaak*, clare memorie, et Priuilegium ecclesie nostre, ac Priuilegium Cruciferorum sancti Regis Stephani de Strigonio, ad faciendam ratihabicionem et maiorem fidem super hoc negocio presentauit; quibus perlectis, in eisdem conspeximus contineri, Quod prefatus Dominus Bela Rex quartus terras *agasonum et Preconum suorum* et Castrorum de *Banya* et de *Kumarun*, in predicta terra Hetyn existentes, prefato magistro Sixto de . . . (do)nauerit pro suis obsequijs meritorijs et meritis obsequiosis, habendas perhemniter et tenendas, Confirmauitque collacionem eiusdem Domine Marie Regine, karissime sue vxoris, de facto terre Reginalis, in territorio de Hetyn constitute, que per eandem Dominam Mariam Reginam eidem magistro Sixto etiam est donata, et ipsa domina Elisabeth Regina Huiusmodi donacionem eiusdem domine Mariæ dilecte socrus sue ratificauit et approbauit gratificando; necnon dominus Rex Ladislaus prefatus confirmauit omnia et singula premissorum; et ipse magister Matheus predictam terram Castri de Kumarun ab ipso comite Mykone uoluisset auferre,

visisque Priuilegijs eiusdem domini Regis Bele et domine Marie Regine, in quibus haberi inuenit, quod predictas terras populorum de Hetyn ipse magister Sixtus, ex parte regia et reginali sibi donatas et datas, eidem comiti Mykoni pro septuaginta marcis argenti vendiderit in perpetuum possidendas, et ideo ipse magister Matheus predictam terram Castri de Kumarun ipsi comiti Myconi reliquerit pacifice possidendam. Preterea in Priuilegio nostro vidimus comprehendi, quod prefatus dominus noster venerabilis pater Lodomerius archiepiscopus terrulam suam, in territorio de Hetyn constitutam, eidem comiti Mykoni dederit iure perpetuo possidendam, in permutacione et concambio terrarum *de ffedemes et de Zeuleus*. Per Priuilegium autem predictorum Cruciferorum sancti Regis Stephani de Strigonio extitit declaratum, quod preter illas terras populorum de Hetyn eidem comiti Mykoni, karissimo cognato et vicino suo, ipse magister Sixtus de terra sua Hereditaria terram donauerit ad vsum, sev quantitatem culture quatuor aratrorum, in qua quidem terra Hetyn Castrum de Kumarun ad quatuor aratra terram habebat, agasones vero ad octo aratra, precones ad sex aratra, et reginales populi ad tria aratra terras tenebant, preter terram Castri de Banya, que mixtim et pro indiuiso possidebantur per eos; sicut omnia et singula premissorum in predictis Priuilegijs regalibus didicimus et recollegimus seriatim. Ceterum ipse comes Mycou specialis dileccionis in signum et Huius contractus ob certitudinem pleniorum, assumpsit et ad hoc se libenter et liberaliter obligauit, vt tam ipse comes Mycou, quam eciam sue posteritates future, eundem comitem Mauricium et suos heredes, heredumque suorum successores in perpetua possessione et pacifica tenuta predictae medietatis terre et suarum vtilitatum, sine dampno, perpetualiter conseruabunt et expedient eos ab omnibus questionibus, racione earundem motis, vllo umquam tempore suis laboribus et expensis. In cuius rey firmitatem et memoriam sempiternam, presentes litteras ad petitionem et instanciam comitis Mykonis preffati, ipsi comiti Mauricio nostro sigillo dedimus communitas. Datum

per manus eiusdem magistri Sixti Lectoris, Anno domini M^o. CC^o, LXXX. V^o. quintodecimo kalendas Mai.

A

B

C

Kettészakadt de összevert hártján szépen írva. A pecsét vereszőld selymen függ. — Vil. lev. C. 7. — Eddig kiadatlan. — Nevezetes, hogy ez okmány Kun László királyt III. Lászlónak, nevezi. Egyébiránt maga e király is úgy nevezi magát pecsétjein: sigillum. *Ladislai. Tercii. Quinti. Stephani. Regis. filii.* (L. Pray de sigill. 55. l. és tab. VI. fig. 84.) Csak az a kérdés most, hogy az áltatalunk második és harmadik Lászlóknak nevezett királyok közül melyiket nem ismerték el királynak ősaink?

125.

1285. aug. 14. Kedden. Sárosban. (in iugilia assumptionis virginis gloriose). — IV. László király átírja és megerősíti a 127. számot.

Vizfoltos hártján. A pecsét küljére volt nyomva. Vil. lev. Q. 1. 17. — L. Fejér V. III. 287.

126.

1285. aug. 22. Szerdán. — IV. László király a koronáztatásakor az esztergomi érseknek tett kár fejében, *propter quendam dampna data et iniurias, in persecucione per predictos Barones nostros, atque suos, tempore coronacionis nostre suscitata, apud Albam Regalem, contra personam venerabilis patris domini Phylipy, bone memorie archiepiscopi Strigoniensis, archiepiscopo et archiepiscopatu Strigoniensi perperam irrogatas*, az anyja által ígért 400 márka helyébe, melyeket Lodomér érsek látva, hogy a királyné többször legjobb szándéka mellett sem adhatja meg, elengedett, a komárommegyei Szakálos helységet adományozza. — Ez okmányban így említi fel ez érsekséget: *sancte ecclesie strigoniensi matri nostre, que nos per lauacrum baptismi in fide domino sociavit, cuius auctoritate inungimur, consecramur et coronamur et Regalis fastidij sacrum nostro Capiti imponitur dyadema, quam amplioris fauoris gracia prosequimur, ut debemus, tamquam cunctarum ecclesiarum Regni nostri matrem et magistram.*

